



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

Titvlvs XXIX. De Clerico per Saltum promotō.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

tè) non potest. Secundò ut scienter in tali ordine ministret. Tertio ut ministret in ordine, quam nec quoad substantiam validè suscepit. Quarto ut terriò in ordine, quem non habet, ministret, ita ut actio illa non sit ludicra tantum. Quintò ut ministret solemniter. Sextò ut non tantum exerceat actum jurisdictionis, quam non habet, ratione cuius nulla irregularitas incurritur, sed ut

exerceat actum ordinis. Videatur etiam *bulle Clement. VIII. Et si dicitur Quarto decemb. 1601. data ubi dicitur qui non sacerdos Missas celebrat, ut confessiones audiat, statuitur, ut in inquisitoribus, vel locorum ordinibus tradatur, degradandus, si quos casus habet, & curis seculari puniendus tradatur.*

TITVLVS XXIX.

DE CLERICO PER SALTUM PROMOTO.

Per saltum promotus dicitur, qui superiore ordinem accipit, non præmissis inferioribus; & quamvis superiorem hunc ordinem validè acceperit, qui taliter per saltum promotus est, illicitè tamen fecit, ut colligitur ex *can. sollicitudo 2. dist. 52. iuncta gloss. communiter recepta V. Subdiaconatus*: neque tamen, si non ministravit in ordine per saltum suscepto, irregularis est, (cùm nulla legatur in iure in tales statuta irregularitas)

sed suspensus tantum ab ordine per saltum suscepti executione, donec superior prætermittas supplicet, ut habetur ex *cap. i. ubi dicitur* Episcopo, ut cum tali, si ordinem præmissum suscepit, dispensare possit, quod possit in suscepto per saltum ordinem ministrare, quod ipsum confirmari potest ex *Frid. Sess. 23. cap. 14. de reformat.*

TITVLVS XXX.

DE EO QUI FURTIVE ORDINEM SUSCEPIT?

Furtivè ordines suscipere dicuntur, qui sine licentia & consensu proprii Episcopi, sine prævia examinatione

per dolum se ingerunt ordinando, ut ignorante Episcopo ordinatore ordinem recipiant, vel simul eodem die docentur